



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

IV. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Walkenried den See Colpin und 100 anliegende Hufen Landes, im Jahre 1236.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

III. Kaiser Otto II. schenkt dem Erzstifte Magdeburg von Neuem den Zehnten vom Tribut
mehrerer dem Reiche unterworfenen Wendischer Völker, namentlich der Ukrer,
am 9. September 975.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, diuina concedente clementia imperator augustus. Nouerint omnes fideles nostri, presentes scilicet et futuri. Cum loca deo et sanctis eius dicata munifica antecessorum nostrorum uidelicet regum aut imperatorum largitate constructa sine ditata esse noscuntur, idcirco nos pro remedio anime pii genitoris nostri nec non et pro statu atque incolumitate imperii nostri, ob spem percipiende a deo retributionis, similia illis agere conamur. Quicquid enim deo propicio censuali iure a subditis nobis sclauorum nationibus, uidelicet ueraniis, Rieze, Riedere, Tolensane, Zerezpani in argento ad publicum nostre fiscum maiestatis perfoluitur sine nostro iuri aspiciat, sine alicui fidelium nostrorum beneficium existat, decimam totius censui illius deo sanctoque Mauricio ad concinnanda luminaria Magdaburg sine thimiana eorundem offerimus et donamus. Et ut hoc nostre auctoritatis preceptum firmum stabileque permaneat, cartam hanc conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus, quam et manu propria subtili firmauimus.

Signum domini ottonis imperatoris augusti.

Folgmarus, cancellarius uice willigisi archicapellani recognoui.

Data V. idus septembris, anno dominice incarnationis D. CCCC. LXXV. Indictione III. Anno uero regni domini ottonis XV. Imperii autem VIII. Actum Alstete.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 44.

IV. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Walkenried den See Colpin und
100 anliegende Hufen Landes, im Jahre 1236.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes et Otto, Dei gratia marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne labantur cum lapsu temporis, et ne possit eis calumpnia in posterum novercari, litterarum solent apicibus perhennari. Notum sit ergo tam presentibus quam posteris, quod diuine misericordie respectu tam pro decessorum nostrorum quam pro nostrorum indulgentia peccaminum, ecclesie sancte Marie in Walkenried et confratribus ejusdem loci stagnum, quod dicitur Colpin, et centum mansos adjacentes tam in pratis, pascuis, paludibus et lignis cum omni plenitudine juris libere donauimus perpetuo possidendum et plena in omnibus gaudeat libertate. Sed ne aliqua possit in posterum calumpnia suboriri, presentis scripti testimonio et sigillorum nostrorum dignum duximus roborandum, testes adhibentes, qui presentes erant: Thitardus de Wolterhufen, Gerardus de Kerecowe, Ulricus de Crughe, Henricus de Sconhufen, Albertus Valica. Actum anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXXVI^o.

Aus dem Walkenrieder Diplomatarium fol. 31, nach dem Urkundenbuche des Vereins für Niederachsen II, 151.